

Finaliter & postremo nota ex ista lege casum in quo recurritur ad iudicium sortis: Pro cuius confirmatione & declaratione adde & nota, quod iudicium sortis nunquam habet locum, nisi in casibus à jure expressis: text. est & ibi communiter DD. in leg. *Si duobus. Cod. Commun. de legat.* tenet etiam Bart. in leg. *Memimus. Cod. Quando & quib. quarta pars debet. lib. 10.* (d) Item adde, quod nunquam habet locum iudicium sortis, nisi eo casu quo vertitur dubium in jure, non super facto: ista est Glossa singularis in jure, in leg. *Unic. Cod. Uti possidet.* in verb. *Prohibebit.* & ibi communiter DD. & illam reputat singularem Imol. Modern. in leg. *Hujusmodi. §. fin. ff. de Legat. 1. Jas. & Modern. in leg. Si duobus. Cod. Commun. de legat.*

Item adde, quod ab isto iudicio sortis nunquam potest appellari, nec iterum sortiri: quia sors vel fortuna non habet superiorem in hoc Mundo: ita singulariter Bald. in *dist. leg. Si duobus. Cod. Commun. de legat.* & ibi sequitur & commendat Jas. & communiter Modern. Idem tenet Jas. in leg. *Hujusmodi. §. fin. de Legat. 1. 3. col. num. 11.*

TEXT. XXXIX.

En el poder que se le diere al comissario para hacer todo lo susodicho, ò parte dello, intervenga la solemnidad del Escribano, y Testigos, que segun Leyes de nuestros Reynos han de intervenir en los Testamentos; y de otra manera no valan ni hagan fe los dichos poderes.

Id est:

In potestate danda commissario ad predicta, aut eorum partem, ea adhibeatur tabellionis & testium solemnitas, qua ex legibus nostrorum Regnorum adhibenda est in testamentis: Alias predicta potestates sint nullius valoris ac fidei.

(d) Idem tenet Peralt. in leg. *Si quis servum. §. Inter duos. numer. 12. de Legat. 2. Azeved. in leg. 12. tit. 4. lib. 5. num. 3. Matienz. ibid. gloss. 5. num. 1. sortis iudicio appellari non posse probat.*

(A) Licet sufficere facultatem cum forma & solemnitate requisita in testamento nuncupativo ad hoc ut commissarius possit testari in scriptis, teneat Matienz. in leg. 13. tit. 14. lib. 5. *Recopilat. gloss. 1. num. 1.* tamen ejus sententia mihi ex eo displicet, quia contra textus verba videtur, ibi: *Intervenga la solemnidad del Escribano y Testigos, que segun Leyes de nuestros Reynos, han de intervenir en los Testamentos.* Secundo vincitur hæc Matienz. sententia ex ratione nostri textus infra à nobis adducta & approbata; eandem scilicet rationem, virtutem, & effectum, qui est in consequenti, in antecedenti esse debere. Nec obstat fundamentum ab ipso traditum de revocatione testamenti: Quia diversum jus constitui oportet in revocatione, quam in consecutione testamenti: Sed tu melius examina.

COMMENTARIUM

In Legem XXXIX.

SUMMARIUM.

- 1 Quando commissarius est data facultas faciendi testamentum, qua solemnitas requiritur in concedenda hac facultate?
- 2 Quae sit ratio propter quam in ista concessione requiritur idem numerus testium, ac in testamento?

Nota decisionem hujus legis: nempe quod eadem solemnitas qua requiritur in testamento, requiritur in mandato, facultate, & commissione, quam quis alteri concedit & committit ad illud faciendum pro eo: Ex quo necessario inferitur, quod si postea commissarius testetur nuncupativo, requiritur quod habeat facultatem & commissionem sibi concessam nuncupativo coram testibus legitimis & necessariis requisitis in testamento nuncupativo: si vero testetur in scriptis, requiritur quod habeat facultatem & commissionem sibi concessam in scriptis, cum forma & solemnitate requisita in testamento in scriptis, per nostram legem expressam, juncta leg. 3. supra eod. (A) Sed licet gravissimi & clarissimi Patres istam legem reviderunt; contra eam tamen se offert difficultas insolubilis in reddenda ratione: nam licet commissarius, cui datur & conceditur facultas testandi pro aliquo, debeat adhibere eandem solemnitatem quam ipsemet testator & mandator deberet interponere, quia gerit & representat personam & vices ejus, ut in leg. 1. per tot. ff. de Procurat. & in Regul. *Qui in alterius. ff. de Regul. jur. & in Regul. Is qui in jus succedit alterius. eod. titul. lib. 6. & in leg.*

leg. *Cum hæres. ff. de Divers. tempor. praecripi.*

Tamen quando testator & mandator concedit hanc facultatem & commissionem alteri ad testamentum faciendum, illa non est testamentum & ultima voluntas, sed quidam actus & dispositio inter vivos de per se, per quam probatur habitas personae, & mandatum; & per consequens videbatur valere cum legitima & ordinaria solemnitate duorum testium. Et certe difficile videtur congruam rationem assignare: Sed cogitavi, quod ratio subtilis & nova qua potest considerari est ista: Nam eadem ratio, virtus, & effectus, qui est in consequenti, dicitur etiam esse in antecedenti ejus: argumento text. in leg. *Illud. ff. de Acquirend. hered. text. in leg. 1. ff. de Jurisd. omn. jud. text. in leg. 1. §. fin. & in leg. fin. ff. de Offic. ejus cui est mand. jurisd. text. in leg. 2. §. Inspectio. ff. Quemad. testam. aper. text. in leg. 3. §. Qui habet. ff. de Servit. rustic. praest. text. in leg. Ad rem mobilem. & in leg. Ad legatum. ff. de Procurat. (b) Ergo cum in testamento requiratur certa & legitima solemnitas à jure introducta pro evitanda falsitate, merito illamet requiritur in mandato & commissione alteri facta & concessa pro testamento ordinando; cum sit antecedens necessarium ad illud. Et in hoc tantum consistit vera & fundamentalis ratio hujus legis.*

TEXT. XL.

En la succession del Mayorazgo, aunque el hijo mayor muera en vida del tenedor del Mayorazgo, ò de aquel à quien pertenece; si el hijo mayor dexare hijo, ó nieto, ó descendiente legitimo, estos tales descendientes del hijo mayor (por su orden) preferan al hijo segundo del dicho tenedor, ò de aquel à quien el dicho Mayorazgo pertenecia. Lo qual no solamente mandamos que se guarde y platicque en la succession del Mayorazgo à los descendientes, pero aun en la succession de los Mayorazgos à los transversales; de manera que siempre el hijo, y sus descendientes legitimos (por su orden) representen la persona de sus padres, aunque sus padres no hayan sucedido en los dichos Mayorazgos; salvo si otra cosa estuviere dispuesta por el que primeramen-

te constituyò, y ordenò el Mayorazgo: que en tal caso mandamos que se guarde la voluntad del que lo instituyò.

Id est:

In successione Majoratus, etiamsi major natu filius à vivis decedat, eo vivente qui Majoratum tenet, aut is ad quem pertinet: si ejusmodi natu major filius reliquerit superstitem filium, aut nepotem, aut descendente legitimum, ejusmodi descendentes majoris natu filii (suo ordine) preferantur filio secundo ejus qui Majoratum tenet, aut illius ad quem Majoratus pertinebat. Quod non solum precipimus ut servetur & fiat in successione Majoratus erga ascendentes, verum etiam erga transversales; sic ut semper filius & ejus descendentes legitimi (suo ordine) representent personam parentum, etiamsi parentes non successerint in predictis Majoratibus: nisi aliud fuerit constitutum per illum qui Majoratum instituit atque ordinavit; nam in ejusmodi casu precipimus ut voluntas institutoris servetur.

COMMENTARIUM

In Legem XL.

SUMMARIUM.

- 1 Quid sit Majoratus?
- 2 Quo jure sit introductus Majoratus?
- 3 Regnum quo jure fuit inductum?
- 4 Quando populus non recognoscit superiorem, an possit eligere Regem?
- 5 Quando tractatur de successione Regni, usque ad quem gradum, admittantur successores ejus?
- 6 An successor in Regno debeat esse unus, vel possint esse plures?
- 7 Successor in Regno an debeat esse major aetate?
- 8 Femina an possit succedere in Regno?
- 9 Si Rex sit major pubertate, & minor quinque & viginti annorum, an possit per se regere sine curatore?
- 10 Privilegia competunt soli Principi ex plenitudine potestatis?
- 11 Majoratus Ducis, Comitis, vel Marchionis, unde proveniat?
- 12 Si Rex vel Princeps concessit alicui Villam vel

(b) Et eandem hanc rationem approbat Matienz. in leg. 13. tit. 4. lib. 5. *glossa 1. num. 13.* ex qua ratione dubia mihi videtur ejus sententia, supra ad num. 1.

- 12 An & quando in melioratione tertii possit prohiberi alienatio?
- 13 Majoratus qui consistit in aliis bonis & personis particularibus, unde proveniat?
- 14 In obligationibus facti non cogitur quis precise ad factum, sed tantum ad interesse.
- 15 Pactum adjectum contra naturam & substantiam actus non valet?
- 16 Sicut ex solo titulo non transit dominium, ita solo titulo non admittitur?
- 17 Intellectus ad text. in leg. fin. Cod. de Pact. inter empt. & vendit.
- 18 An & quando solo titulo non contractu possit impediri alienatio?
- 19 An & quando valeat pactum & conventio; quod fundus in quo est apposta servitus per dominum non alienetur?
- 20 Quando in pacto prohibitivo de non alienando ponitur clausula translativa possessionis, non potest fieri alienatio?
- 21 An prohibitio de non alienando habeat tantum effectum in vita prohibiti, & tantum sit personalis, vel sit perpetua vel realis?
- 22 Clausula constituti, virtus & effectus ejus, transeat ad heredes?
- 23 Per iudicis decretum an possit prohiberi alienatio?
- 24 An ex sola sententia iudicis sine actuali traditione transferatur dominium?
- 25 Quando apponitur persona cuius contemplatione fit prohibitio, an valeat & teneat?
- 26 Intellectus & declaratio ad text. in leg. Quoties. Cod. de Donat. quae sub modo?
- 27 Donatio vel contractus an possit fieri ad tempus ut post tempus res revertatur donatori?
- 28 Declaratio ad text. in leg. 7. tit. 4. 5. part.
- 29 Donator qui donavit alteri feudum vel rem, hoc pacto ut restituatur tertio, si possit istud pactum revocari invito tertio?
- 30 Quando ex actu vel contractu aliquorum quaritur actio tertio, an possit ea invito illud jus sibi auferri?
- 31 Intellectus ad text. in leg. 3. ff. de Servis extand.
- 32 In contractibus an & quando habeat locum penitentia?
- 33 Si pater melioravit filium & gravavit restituere alteri, an possit postea pater illud gravamen tollere?
- 34 Si quis constituat Majoratum in persona certa & tradidit possessionem, & post mortem ejus vocavit alium, an respectu tertii possit Majoratus revocari?
- 35 An & quando possit per legem prohiberi alienatio?

- 36 An & quando in melioratione tertii possit prohiberi alienatio?
- 37 An possit prohiberi alienatio per ultimam voluntatem?
- 38 Si prohibitio alienationis est facta cum legitima causa an possit prohiberi alienatio?
- 39 Si in prohibitione alienationis approbatur iuramentum, an valeat prohibitio?
- 40 Si testator prohibuit alienare extra familiam, an videatur vocare omnes de familia simul, vel gradatim?
- 41 An isto casu habeat locum representatio?
- 42 Si testator vocavit filiam alterius, an veniant pariter & simul, vel proximior in gradu praferatur?
- 43 Si legatum vel fideicommissum relinquatur familia, an consanguinei admittantur ordine successivo?
- 44 Si simpliciter est facta prohibitio alienationis extra familiam, an ex hoc inducatur fideicommissum?
- 45 Usque ad quem gradum intelligatur vocata familia?
- 46 Si quis prohibetur alienare inter certas personas & decedat ab intestato, an possit ei succedere persona qua erat prohibita?
- 47 Quando per testatorem est facta prohibitio alienationis extra familiam, an ille ad quem legitimo jure bona pervenerunt, possit liberè alienare in extraneum?
- 48 An & quando electio persona possit committi heredi vel alteri tertio?
- 49 Regula qua habet quoddam legatum factum incerta persona non valet, quomodo intelligatur?
- 50 Commissarius si elegit: an possit postea revocare electionem?
- 51 Pater qui melioravit filium in tertio bonorum an possit revocare meliorationem in vita vel morte?
- 52 Si testator instituit plures heredes, & omnes gravavit simpliciter non alienare, an videatur facta prohibitio favore cohæredum?
- 53 Si testator pluribus fecit legatum & gravavit ut novissimus, & sic ultimo loco decedens restituat hereditatem alicui, an per hoc videatur inter legatarios tacite fideicommissum inductum, ut primo decedens restituat alii?
- 54 Si testator iussit hereditatem restitui, an per hoc videatur haeres gravatus interim non alienare?
- 55 Quis effectus & utilitas resultet ex hoc, quod Majoratus fuit cum autoritate Principis?
- 56 An pater vel mater possit cum bona consensu facere & constituere Majoratum?

- 57 An constituens Majoratum possit filium vel descendentem quem vellet eligere & alios sua legitima privare?
- 58 An pater vel mater constituens Majoratum teneatur eligere & nominare filium majorem?
- 59 An pater vel mater constituens Majoratum, & simpliciter dicendo quod veniat ad unum, videatur vocare majorem?
- 60 An pater vel mater constituens Majoratum, possit vocare & eligere filiam extantibus masculis?
- 61 Si constituens Majoratum vocavit tantum masculos exclusis feminis, an masculus descendens ex femina possit succedere?
- 62 Si constituens Majoratum dixit & voluit quod veniat in filium vel descendentem majorem, & contingat quod reperitur filius & filia, & filia sit major: an praferatur filius vel descendens masculus minor?
- 63 Si constituens Majoratum vocavit masculos, & in defectum eorum feminas, an masculus ex femina succedat & praferatur?
- 64 Si constituens Majoratum simpliciter dicat, quod veniat in filium vel descendentem majorem, & alias personas non expressit, an mortuo filio nominato, Majoratus postea successivè veniat in alios?
- 65 An nepos filii majoris descendens in vita avi praferatur filio secundogenito?
- 66 Si primogenitus sit Monachus vel Religiosus, an succedat in Majoratum?
- 67 Si Rex, Dux, Comes, Marchio, vel successor Majoratus, antequam actualiter succedat, habuit filium, & post Regnum vel Majoratum adeptum habuit alium, quis eorum succedat?
- 68 Si duo vel plures simul & successivè nascantur ex eadem matre, & non possit cognosci quis eorum prius editus sit, quis succedat & praferatur?
- 69 Si primogenitus est demens, furiosus, vel mente captus, an excludatur à successione, & succedat sequens in gradu?
- 70 An primogenitus possit renuntiare jus primogeniturae?
- 71 An pater, vel possessor Majoratus, possit privare filium vel successorem ex aliqua causa jure Majoratus?
- 72 An successor Majoratus teneatur solvere debita praedecessoris?
- 73 An sententia lata contra possessorem Majoratus noceat & praedicit sequentibus successoribus?
- 74 Si possessor Majoratus decedat fructibus pendentibus, cui pertinent tales fructus?

- 75 Si possessor Majoratus decedat, relicto filio primogenito, & aliis filiis minoribus & egenibus, ex relicta uxore matreque eorum divite, quis teneatur ad alimenta?
- 76 An successor & possessor Majoratus sit verè dominus per tempus vitae suae, antequam veniat dies restitutionis?
- 77 An valeat argumentum de feudo ad Majoratum?
- 78 An possessor Majoratus teneatur satisfacere de restituendis bonis sequenti successor?
- 79 An proximior successor Majoratus possit in vita possessoris petere, ne deluretur Majoratum ad se pertinere?
- 80 Si possessor Majoratus instituat successorem in bonis Majoratus, an institutio valeat?
- 81 An bona Majoratus possint alienari?
- 82 An bona Majoratus possint permutari?
- 83 An bona Majoratus possint in pignus vel hypothecam dari?
- 84 An bona Majoratus possint locari?
- 85 An in bonis Majoratus possit constitui servitus?
- 86 An in bonis Majoratus possit fieri transactio?
- 87 An bona Majoratus possint alienari propter aliquam causam piam?
- 88 Si possessor Majoratus de facto alienavit, an sequens proximior successor possit res alienatas petere & vindicare?
- 89 An Rex vel Princeps possit concedere licentiam & facultatem alienandi res Majoratus?
- 90 An bona Majoratus possint praescribi?
- 91 An bona Majoratus possint per delictum confiscari?

Ista lex tractat de alta, subtili, & utili materia Majoratum, quam intendo late, subtiliter, & magistraliter tractare. Pro cuius perfecta intelligentia & declaratione: Primò quæro, quid sit Majoratus? Et resolutivè dico, quod Majoratus est Quadam dignitas & prerogativa cum successione, quam habet primogenitus in cognatione sua. Et potest dici quod habuit ortum tam de jure divino, quam gentium positivo: De jure divino, quia primogenitus praeferebatur aliis fratribus in Sacrificis offerendis. Item sedebat ad dexteram patris: Item duplicatos cibos recipiebat: Item diebus festis vestem pretiosam ferebat: Item benedictionem à patre in articulo mortis recipiebat: Item majorem partem hereditatis recipiebat: ita probat text. & ibi Glossa ordinaria, Archid. & communiter DD. in cap. Quam periculosum. caus. 7. quæst. 1. tenet etiam Joan. Andr. Abbas, & communiter DD. in cap. Licet. de Voto. Martin. de Laud. in tract. de Primogenitur. 1. & 2. quæst. Jole Citer. in tract. de Primogenitur. 1. 2. & 3. quæst.

probatur etiam *Genes. cap. 25. in fin.* ubi dicitur: *Vende mihi primogenita tua.* & in *cap. 27. eod. lib.* ubi, tempore mortis Isaac benedixit Jacob, credens fore Esau fratrem ejus primogenitum; & ita benedictione dixit ei, *Deus de rore Caeli & de pinguedine Terra abundantiam frumenti, vini, olei; & serviant tibi populi, & adorent tuis: Esto Dominus fratrum tuorum, & incurventur ante te filii matris tuae.*

2 Habuit etiam ortum de jure gentium: argumento text. in *leg. Ex hoc jure. ff. de Justit. & jur.* Confirmatur etiam: quia si hereditas dicitur provenire de jure gentium, ut plene tradit Bart. in *leg. Interdum. ff. de Condit. indeb.* idem Bart. & DD. in *Rubric. ff. de Acquirend. hered. & Moderni* præcipue Barbat. in *Rubric. de Testament.* Ergo & Majoratus habet etiam ortum de jure nostro civili positivo, ut in *101. tit. Cod. & ff. Ad Trebell. & in leg. Filiusfamilias. §. Divi.* cum materia *ff. de Legat. 2. & in leg. Peto. §. Fratres. eod. tit. & in leg. Cum pater. eod. tit. & in leg. 40. num. 3. ibi, in leg. Cum pater. eod. tit.* quibus juribus probatur, quod potest quis gravari per testatorem in bona sibi relicta, vel rem particularem post mortem, vel post certum tempus alteri restituere: Et idem approbat nostra lex.

3 Pro cujus perfecta declaratione dico, quod Majoratus aliquando consistit in Regno; aliquando in titulo inferiori magnatum, puta Ducis, Marchionis, vel similis: aliquando in aliis bonis & personis particularibus. Quoad primum, scilicet de Regno, dico, quod Regnum processit de jure gentium; nam post Creationem Mundi, Gentes & Populi constituerunt sibi Reges, qui prædominarentur, & Justitiam administrarent: text. est in *leg. Ex hoc jure. ff. de Justit. & jur.* cujus verba sunt: *Ex hoc jure gentium introducta sunt bella, descripta gentes, Regna condita, dominia distincta, &c.* Et ad hoc notat ibi Glossa ordinaria, Bart. 2. col. versicul. *Ulterius oppono.* Alberic. 1. col. Bald. 2. col. Angel. 2. col. Paul. 5. col. num. 15. Jas. 2. col. 3. notabil. Raph. Fulgos. 3. col. num. 6. & communiter DD. & ideo dicit Bald. in *cap. 1. de Major. & obed.* quod dignitates non sunt à natura, sed ab inventione humana, & sunt eis imposita nomina, sedes, & insignia: idem tenet Martin. de Laud. in *tract. de Primogenitur.* 2. col. 5. *quest. principal.* Joan. le Cirier. in *tract. de Primogenitur.* in 1. lib. 3. *quest. principal.* & idem probant & disponunt leges valde notabiles & morales Partit. scilicet *lex 1. & lex 17. tit. 1. 2. Partit.* Advertendum tamen, quod substantia & origine Regnum dicitur provenire à Summo Deo: quia licet post Creationem Mun-

di potestatem dedit homini, ut præset cunctis animalibus terræ, & volatilibus Cæli, & piscibus Maris, ut habetur *Genes. cap. 1.* tamen non commisit, ut aliquis homo præset alteri & dominaretur ei, sed homines procreavit cum libero & recto judicio rationis; & ipsi inter se moti congrua & optima ratione elegerunt sibi Reges pro bono publico, & utili regimine populorum: Sed illud liberum & rectum judicium rationis, immediatè procedit à Deo: Ergo & Regnum quod ex eo derivatur. Præterea & magis in specie hoc probatur *Proverbior. 8. Per me Reges regnant, & legum conditores justè decernunt: per me Principes imperant, & potentes decernunt justitiam.* Et probatur in *cap. Imperatores. 9. distinct. & in Epistol. Inter claras. Cod. de Summa Trinit. & fid. cat.* Probatur etiam ex dicto Augustini dicentis; qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit, ubi habetur in *cap. Qui resistit. caus. 11. quest. 3.* Facit etiam autoritas Petri Apostoli: *Estote subditi Principibus vestris tanquam excellentibus.* ut habetur in *cap. Solita. de Major. & obed.* probatur etiam *3. Reg. cap. 19.* ubi Dominus dicit Heliaz: *Vade & revertere per viam tuam per desertum in Damascus, cum perveneris illuc unges Hazael Regem super Syriam.* Et patet in David, Salomone, Saule, & pluribus aliis Regibus approbatis à Deo, ut habetur in *sacra pagin.* & transumptivè in *cap. 1. versic. Unde. de Sacra unctione.*

4 Ex quo deducitur & inferitur, quod deficiente successore in Regno, vel eo casu quo populi sunt liberi, & non recognoscunt superiorem, possunt eligere sibi Regem, & talis electio erit valida & perfecta, tanquam de jure gentium: & in expresso ita tenet Bald. in *dict. leg. Ex hoc jure. de Justit. & jur. 2. col. 3. quest. & ibi Paul. 5. col. num. 17.* & communiter DD. idem Bald. in *cap. Significavit. extrà, de Rescript. 1. col. num. 2.* idem Bald. in *cap. Cum in magistrum. in fin. extrà, de Election.* pro qua sententia & conclusione est text. formalis in *leg. 9. tit. 1. 2. part.*

Unum tamen est: quod postquam id Regnum constitutum est de jure gentium, semper vadit & defertur per successionem: text. est in *cap. Licet. extrà, de Voto.* & ibi notat & commendat Abb. Paul. 1. col. num. 6. & communiter DD. text. in *cap. Significavit. de Rescript.* & ibi notat Bald. & communiter DD. text. in *cap. Intellecto. de Jurejur.* text. in *cap. Grandi. de Supplen. neglig. prelat.* & ibi notat Joan. Monal. & communiter alii DD. Et in expresso istam sententiam & conclusionem tenet Bald. in *dict. leg. Ex hoc jure. ff. de Justit. & jur.*

2. col. *quest. principal.* & ibi communiter DD. Alberic. in 1. *Præfat. Digestor. §. Discipuli. 3. col. in fin.* idem Alber. in *leg. penult. Cod. de Donat. inter vir. & uxor. 3. col. versic. Nunc transseamus.* Martin. de Laud. in *tract. de Primogenitur.* 4. col. 8. *quest. principal.* & idem disponit *lex 12. tit. 1. 2. part. & lex 8. & 9. eod. tit. & part.* Imò, quod magis est, licet eo casu, quo tractatur de successione vel hæreditate simplici & particulari agnati vel cognati, collaterales tantum succedant usque ad decimum gradum, ut tenet Glossa ordinaria & communis opinio in *§. fin. Institut. de Success. cognosc.* Glossa & communis opinio in *Authent. In successione. Cod. de Suis & legit. liber.* Glossa & communis opinio in *Authent. de Hered. ab intest. venient. cap. Si verò fratres. collat. 9.* tamen nostro casu, quando tractatur de successione Regni, Ducatus, Marchionatus, vel alterius cujuslibet Majoratus, indistinctè succedunt collaterales secundum gradus prærogativam usque in infinitum: ita finaliter determinat Bald. per text. ibi, in *cap. 1. de Feudo Marchia, &c. in lib. 1. Feudor. 1. col. in fin.* Jacob. Alvar. in *§. Si capitanei. ejusd. tit. penult. col.* quem reputat singularem & alibi non reperiri, Jas. in *leg. fin. Cod. Unde legitimi. 2. col.* licet relinquat cogitandum Philip. Dec. ibi 3. col. num. 8. *Capola Cautela 95. (A)* Pro qua sententia & conclusione facit bene *lex 9. tit. 1. 2. part. & lex 2. in fin. tit. 15. ead. part. (b)*

6 Item adde, quod successor in Regno debet esse unus, & non plures; quia ratio illa generalis & universalis, per quam diximus quod Regna fuerunt condita & statuta; dicit quod sit unus Rex, & non plures, quia aliàs Regnum faciliter destrueretur. Præterea confirmatur; quia sic videmus, quod in universo mundo est unus Deus & Dominus noster, omnium Creator & rector: in toto corpore & membrorum pluralitate unum caput: in apibus unus est Princeps: aves & grues unam sequuntur:

Ecclesia unus Episcopus: in Archiepiscopatu unus Archiepiscopus: & denique in Provincia unus Præses: ut in *cap. In apibus. caus. 7. quest. 1.* Confirmatur etiam autoritate Evangelica, dicente; *omne Regnum in se divisum desolabitur.* Et ex prædictis rationibus istam sententiam & conclusionem tenet Oldrad. in *consil. suis. consil. 94. 3. col.* Alberic. in 1. *Præfat. Digestor. §. Discipuli.* idem Alberic. in *leg. penult. Cod. de Donat. inter vir. & uxor. 3. col.* Joan. Andr. Hostiens. Abbas, Cardin. Anchar. & communiter DD. in *cap. Licet. de Voto.* & in *cap. Quæ in Ecclesiarum. de Constitut. ante pen. col. num. 60.* Bald. Andr. de Isernia, Alvarot. & communiter Feudistæ in *cap. 1. §. 1. versic. Præterea Ducatus. de Prohib. feud. alien. per Federic.* tenet etiam notabiliter Joan. le Cirier. in *tract. de Primogenitur.* 2. lib. 14. *quest.* Bertrand. in *tract. de Origine juris. 1. quest.* Anchar. in *consil. 339. 1. & 2. col. (c)*

7 Item, dato quod successor in Regno debet esse unus, dico, quod debet esse major: Unde, si plures sint in eodem gradu, semper major debet præferri & succedere: Primò, quia cum naturaliter parentes desiderent filios procreare propter sui conservationem, ut in *leg. Liberatorum. ff. de Verbor. significat. cum similib.* & illud desiderium adimpleat filius major, qui primò editus est: sequitur quod in eo viget major amor & dilectio paterna, & per consequens in omnibus debet præferri aliis fratribus. Secundò, quia cum ille sit major ætate, alii fratres minores tenentur ei præstare reverentiam: argumento text. in *leg. Semper. ff. de Jure immunitat.* ubi plura bona dicit Alber. text. in *leg. 1. ff. de Albo scriben. text. in leg. 1. Cod. de Consulib. lib. 12. text. in leg. Alexandrinis. Cod. de Decurionib. lib. 10. text. in leg. fin. Cod. de Tyromb. lib. 12. text. in cap. 1. de Major. & obed.* Tertio, quia magis sanum & integrum consilium est in majore quam in minore ad gubernationem exercendam: nam ut ait Philosophus

(A) Vide Guilielm. de Mont-ferrato in *tract. de Success. regum. fol. 3.* verb. *Ex quibus* Joan. le Cirier. ubi reputat valde singulare, in *tractat. de Primogen. lib. 1. 8. quest. column. 1. num. 3.* Jacob. de S. Georg. in *tract. Feudorum. in part. Quis sit Rex. 2. fol. num. 6.* Roderic. Suar. in *reper. leg. Quoniam in prioribus. Cod. de Inoffic. fol. 86. 1. col. Philipp. Dec. consil. 85. 2. col. num. 3. 1. volum.* quos ego sequor.

(b) De hoc articulo vide quæ supra ad *leg. 8. num. 6.*

(c) Id etiam latè probat Tiraquell. plures rationes reddens, in *tract. Primogenitor. in Præfat. num. 32. & sequentib. & num. 42. & 75.* Gregor. Lopez, per text. ibi, in *leg. 7. tit. 4. part. 1. gloss. penult. D. Thomas de Regimin. Principum. cap. 2. Covarrub. lib. 1. Practic. quest. cap. 1. num. 5. & lib. 3. Resolut. cap. 5. num. 3. Palac. Rub. in Rubr. de Donat. inter virum. §. 69. num. 21. Roderic. Suar. in *leg. Quoniam in prioribus. extens. 10. Molin. lib. 1. cap. 3. num. 6.* cum pluribus aliis quos congerit Doctus Maticæ. in *leg. 1. tit. 7. lib. 5. Recop. gloss. 1. num. 9.**

Anton. Gomez. ad Legem Tauri.